GODEFRIDUS ADMONTENSIS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 111r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mittere peccatorem suum ad se p penitentiam & conuersionem reuocan
dum predestinauit. Et congruum valde immense bonitati illi & clem
te uerbum hoc. ut transeat ex hoc mundo ad patrem. magna
eis consolatio. mira certa nos ad dignatio. quia cum sit dns &
creator cunctorum. non confundit dici & esse pater peccatorum. Pater
utrq; nr est. ipsi enim creatura sumus. ab illo subsistimus. ab illo &
p illum uiuimus. Et quia patrem se recognoscit. in ipsa etiam letali
peccatorum uoragine submersos miseros & desperatos filios suos di
lugit. quemadmodum consequenter euangelista subiungit. Cum di
lexisset inquit suos qui erant in mundo. in finem dilexit eos.
Quotquot enim miro dispositionis suae ordine saluari decreuit.
hos etiam dum adhuc in mundo sunt. hoc est dum peccatis & uitiis
adhuc inseruiunt. quemadmodum pater filios. licet filiorum nomine
prius indignos. non utrq; tales quales sunt. sed quales futuros ipse
praeuidet amplectitur & diligit. & ne cum transeunte mundo eis
eant & pereant. patrina eos manu tenet atq; custodit. Ipse enim
scit. quid cum eis & in eis facturus sit. Plerumq; enim electos & dilectos
seruos suos grauis peccatorum lapsus prosternit. ut fortiores post
lapsum resurgant. ut maiori humilitatis constantia non solum
deo. sed omnibus etiam hominibus propter nomen dei se subiciant. Nonne
ideo decretum discipulum suum PETRVM non dilexit. qua cadere permisit.
immo uere dilexit. sed ideirco cadere permisit. ut fortior resurgeret.
atq; in sua humiliatus & erudiatus infirmitate. infirmitati proxi
morum semper condescendere. Sic & adhuc suos mundo carnisq; dedi
tos diligens. sicut quodam & uidere se quod sunt dissimulat. qua
fine eos misericorditer considerat. Unde postquam dixit euangelista. cum
dilexisset suos qui erant in mundo. consequenter subiunxit dicen
do. In fine dilexit eos. finis iste quid sit. docet nos apls ubi dicit.
Finis legis xpe ad iustitiam omni credenti. finis utrq; xpe ad iusti